

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Electio x
cum fonte primo

Aliquis uir bonus nobis eligendus est
ac semper ante oculos habendus
ut sic tanquam illo spectante uiuamus
et omnia tanquam illo uidente faciamus.

Magna pars peccatorum tollitur,
si peccaturis testis assistat.

Seneca.

Accipe, et quidem utilem ac salutarem,
quam te adfigere animo uolo:
'aliquis uir bonus nobis diligendus est
ac semper ante oculos habendus,
ut sic tanquam illo spectante uiuamus
et omnia tanquam illo uidente faciamus'
(*Epicur. Frg. 210 Us*). Hoc, mi Lucili,
Epicurus praecepit; custodem nobis et
paedagogum dedit, nec inmerito:
magna pars peccatorum tollitur,
si peccaturis testis adsistat.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium*
epistulae morales, 11.8-9 (L. Reynolds ed.,
vol.1, p.25, ll.15-21).